

**Practica Octaviani Vestrii I. C. Foro Corneliiensis**

**Vestri, Ottaviano**

**Coloniae Agrippinae, 1597**

**VD16 V 940**

De calculo ferendæ sententiæ, allegationibus facti vel iuris, ac ipsius  
sente[n]tiæ prolatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63002](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63002)

- 34 in cap. cùm Bertholdus, de re iudica. quod\* si iudicari  
 si est testimoniū receptio. subdelegat alium ad testes examinū  
 dum parte reluctantē, tunc examen est nullum, fallit iudicari  
 si partes exp̄s̄t̄, vel tacitē consentiant, aut si dubit̄t̄ p̄  
 bus ve examen commissum fuerit coniunctum vel dupli-  
 c̄ vnu ita subdelegat, quia sustineretur examen, nūc  
 pars contradixerit, & dissimulatur h̄ec nullitas, certum  
 ne vtile p̄r inutile vitetur, veluti sic fuisse in Impr̄di  
 camera decisum, testatur Ioach. Mynsing, in suis fragm̄ol-  
 seruatio. in Cent. 3. obseruat. 41. Nico. Anto. Graat.

## LIBER VII.

DE CALCULO FERENDAE SEN-  
 TENTIA, ALLEGATIONIBUS FACTI, VEL IURIV, &  
 IPSIUS SENTENTIA PROLA-  
 TIONE.

## CAP. I.

## SUMMARIUM.

1. Regestum cur sic dictum, & num. 19.
2. Regestum notariu facere non potest, nisi partium  
 mandato.
3. Salarium regesti quando procurator solvere ten-  
 tur, eod. num.
4. Praeceptum nulla præcedente causa cognitione  
 valet, nisi adesset clausula, si censuris se gra-  
 tum, compareat.
5. Publicatio testimoniū quando in Romana Curi  
 ui soleat.
6. Terminorum mala obseruatio, processus de-  
 stinu quando seruari possit.

- 6 Citationis defectus, etiam per expensarum refactionem insanabilis est.
- 7 Ius nouum si in causa superueniat, quid à causa cause patrono agendum sit.
- 8 Expensas an reseruentur in fine litis in processus sanatoria.
- 9 Dubia quando litigantibus dari soleant.
- 10 Iuramentum suppletorium semiplenè probantur datur.
- 11 Sententia pro excommunicato ferri non potest.
- 12 Stylus siue mos pronunciandi prout in cedula.
- 13 Sportula an licetè capi à iudicibus possint, & num. 31. & 32.
- 14 Sententia conformis libello esse debet.
- 15 Dilatione pendente, non est sententia ferenda.
- 16 Interloquitoria reuocatur per solitas repositiones, quæ fieri solent, & num 33.
- 17 Iudex interloquitorias reuocat ante sententia prolationem.
- 18 Notarius potest clausulas consuetas extendere, licet illæ non fuerint expresse, & num 34.
- 19 Auctorum editio non debet fieri à notario, nisi iudice mandante.
- 20 Preceptum cum clausula, si senseris te grauatus, &c. an sit interloquitoria, & de eius virtute.
- 21 Actorum exemplum, & non exemplar adendum.
- 22 Iudex appellationis an possit mandare, vt exemplar siue originale ei transmittatur.
- 23 Iudicis officium quale.
- 24 Excommunicatus in iudicio agere non valet, sed

- se defendere utique potest, limita, ut numer. ad  
 & 29.
- 26 Procurator si est excommunicatus, iudicium nullum.
- 27 Excommunicatio unde ortum habuit.
- 30 Conclusio in causa an sit de substantia.
- 31 Iudices debent esse contenti proprijs stipendijs nec sportulas capere.
- 32 Consuetudo capiendi sportulas, an excusat iudices.
- 33 Iudex suam interloquitoriam quibus causis vocare non potest.

**P**robationibus iam expletis solent litigares, vel sicut eorum alter, qui magistrorum speret ad causam expeditiōnē properare, verum, cum raro, vel nunquam degustent patres causarum merita donec instruuntur, tametsi in eis quotidie interloquantur, prout natura iphius instantis actus, qui dictim geritur, expostulat, modò de omnibus instruendus est iudex, & pro commodiō eius instruōnē, ac etiam, ut litigatores, veleorum sollicitatores possint ad nos, quoram consilio & opera in hoc statu causam plurimum indigent, diuersam causam historiam afferre, mos inoleuit, ut omnia, quæ apud actuarium hactenus gesta sunt, & quæ ipse in memorialibus suis absim, cum alijs causis, & in diuersis etiam codicibus ac filiis, vel etiam facculis iuxta cuiusque ipsorum stylum & obseruantiam adnotat & colludit in unum codicem expletur, quem

1 \* regestum & quasi res gestas continens vocat quod

quod \* tamen regestum non potest notarius facere, nisi de voluntate seu mandato partium vel alterius ipsorum, & quando fiat communis versus, obligat litigatores principales, & eis absentibus, quasi in subsidium etiam ipsorum b procu-  
ratores ad mercedem eidem notario ratione regesti, & aliorum debitam. Rota decisione 303. in  
not. licet procurator de procur. Quæ merces in  
quouis Auditorio ad certam quantitatem taxa-  
ta est, supra quam aliquid à partibus exigere eis-  
dem non licet, imo consueverunt ex præscripta  
quadam eorum urbanitate, quam vulgo gratiam  
vocant, sponte soluentibus semper aliquid de  
taxa remittere, contra vero morosos in soluen-  
do ab altera parteratam eis tangentem, prævia  
tamen monitione ad solueandum recipere, non  
tamen solutionis, sed depositi nomine, idque (vt  
opinor) vt is, qui ratam alterius soluit, possit il-  
lam via magis fauorabili, & exequutiva ab ad-  
uersario recuperare. Ideo solet is, qui pro expe-  
ditione caussæ instat mandare notario caussæ a-  
ctuario, vt omnium actorum regestum confi-  
ciat, & vna cum simili mandato semper aliquid  
pro arra mercedis suæ eidem notario dare, & in-  
terim monitorium obtainere cum clausula illu-  
stificatoria si quis senserit, &c. contra aduersa-  
rium principalem, si adsit, ac etiam procurato-  
rem obtainere, quo sibi iudex iubere solet, vt de-  
rata mercedis notario debitæ parti sui tangen-  
te infra tres dies satisfaciat, quo termino trium  
dierum elapsio solet is, qui monitorium ob-  
tinet, ratam mercedis notarij aduersario tan-  
gētem penes ipsum notarium sub nomine depo-  
siti consignare, & notarius cedulam receptio-

nis dicti depositi soluenti manu sua concipiā  
scere consuevit, quæ postmodum apud ordinā-  
rios iudices paratam contra aduersarium en-  
cutionem habet. Tu igitur si ad hoc monitū-  
ris, & putaueris te aliqua exceptione tueri posse,  
ut pote, quod principalis in Roman. Cur. ad-  
set. Rota dict. decif. 303. in not. vel alia eam in-  
dilationem trium dierum monitorio adiecit  
propones coram iudice, qui monitorium deci-  
uit, nec alias expectabis dictæ dilationis lapsum  
& depositum apud notarium ex aduerso fieri,  
quia post dilationem monitorio adiecit non  
audieris, sed monitorium velut iudicis præce-  
ptum exequutioni demandabitur. Et ita recep-  
tum est usu, contra quem ego semel contendes  
iam in casu, quo exceptio licet post dilationem,  
ante tamen factum depositum, & readhuc iuste-  
gra proposita fuerat, & responso per iudicem  
a practicis habito, (quod stylum vocant, quoque  
solent iij, qui in foro diu versati fuerunt, de eo,  
quod viderint in foro seruari attestari) succu-  
bui. Nec iste usus ab ipsa lege, vel saltim con-  
suetudine scrip: a abhorret, quoniam Doctores  
attestantur istam consuetudinem Roma. Cur. v  
a simil bas: a præceptis iudicium inchoari licet  
Abb. in cap. ex parte verbo significer, qui dicit  
quod licet ante similia præcepta nulla præce-  
rit litis contesiatio, neque caussa cognitio, non  
tamen habet monitus iustum de eo conquerendi  
caussam, ex quo fiunt cum clausula, quod ser-  
ferit se grauatum compareat, & comparendo  
pote illud ad terminos simplicis citationis re-  
ducere, & non comparendo videtur debitum,  
pro quo monetur fateri, merito contra ipsum,  
ut ipso.

vi pote confessum exequi poterit, & attestatur istam practicam pro facilitori iudiciorum expeditione adiumentam fuisse in Rom. Cur. nec post tempora audiretur monitus volens negare, & item contestari, Rot. decis. 540. in antiquo. Vtrum præceptum de litis contesta. Aduersus tamen hunc rigorem solent ordinarij, vbi extra casum mercedis notarij similia præcepta, seu monitoria fiunt, reum etiam post tempora monitorij, ac etiam post decē dies ad appellādum comparantem, etiam negare velit ex eorum quadam benignitate audire atque admittere.

At d' vbi satisfactum sit notario, solet ipse regestum partibus, ut videant, commodare, etiam ei, quæ non soluerit, vbi enim sibi satisfactum sit, non querit à quo, & regestum passim utriusque parti concedit, non tamen principalibus ipsis si adsint, sed eorum sollicitatoribus sibi benè notis, & quandoque etiam non nisi eorum procuratoribus egregijs, & vbi regestum receperint, solent litigatores ipsi, vel eorum sollicitatores, si modò rebus suis benè prospicere velint, illud procuratori suo, quem sibi ex nostrum numero delegerint, afferre, ut vniuersam caussæ historiā videamus, & pro habenda victoria operam nostram præstemus. Qua in re consueuimus primū acta ea, qua possumus diligentia videre, & exinde naturam intentati iudicij, & quæ utriusque parti incumbant iteratò speculari, & si actionis partes sustinemus, si eius intentionem, si verò rei, si exceptiones, quibus nitimus actorem refellere, benè fundauimus, & si in hac caussæ discussione comperiamus aliquam probationē nobis deesse, curamus eam suppleri siue scri-

Ff 5

pturis,

pturis, siue testibus sienda sit, solentque Patres ex eorum quasi præscripta benignitate, iura noua, materias, tales ferè semper recipere, etiam si conclusum esset in causa. Aegid. conclus. Articuli de proba. & conclus. 745. conclus. 45. sti. in integ. prout suprà sèpius diximus.

4 Quòd \* si probatio in testibus consideraret, cum depositiones testium sub secreta custodia reneantur, nec consueuerint in Ro. Cur. capiti causarum patroni petere, ut publicentur, nisi intentia instantia, & tunc quoq; nisi cùm ipsa sententia immineret, & hoc, ut facultas non probata probandi, (quæ in pluribus utilis esse potest) usque ad finem nobis conseruetur, conseruerunt cauti causarum patroni apud Auditorum suæ causæ esse, & secum de meritis causis differendo præsupponere se in probatis esse in his, de quibus maximè dubitent, ut his presulpositis, pietatem iudicis prouocent. Solent enim Patres, præsertim à nobis sic laeßiti in hoc nobiscum benignè agere, & aliquid nobis ex testium depositionibus exprimere, saltim ingenerare, nos admonentes, quòd non sumus in probatis in hoc vel in alio capite, & ubi de probitate procuratoris magis confident, apertius loquuntur, & quandoque depositionem alicuius testis in eo articulo, in quo probatio sua deficeret, vel in quo diuersa probatio afficeret videatur, sibi legunt, sicque in hoc, & plerisque alijs, solent Patres probitati nostræ quandoque deferre, nec propterea de hoc arguendi sunt Patres, quasi hoc fiat ad maiorem veritatis indagationem, ne temere in causis inducent, idq; nonni cum his, quorum probrietatem sèpius experti fuerint,

fuerint, in quibus omnis subordinationis timor cessare videtur, cuius ratione duntaxat testium depositiones secretò custodiuntur, memores præsertim, quod lex ipsa ob similem testium, quasi transitoriam ac mutilatam lecturam, non solet subordinationem expauescere, & nihilominus ulteriores probationes admittere, etiā ab ijs, quorum probitas probata non esset, prout latè Doctores omnes, & post omnes Felinus in cap. ultra tertiam, colum. i. in princip. num. i. extra de testi. Imò f magis damnanda est nimia in iudicando facilitas eorum, præsertim, si qui prouentus magis, quam veritatem affectantes rebus ple runq; suppressis sententias temerè non minus, quam fulmina iacent, ignorantes quidni quam grauior sit futura aduersus ipsos: Dei optimi maxi iustitia, ac tantæ impietatis diuina vltio, nec satis memores cōminationis Hieremias, qui aduersus eos hisce verbis proclamat. Væ vobis, qui iudicatis terram, quoniam iudicabimini. Et ubi explorauimus, in quo deficiat probatio nostra, vel aduersa nobis obsit, necessitati causæ nostræ, quibus possumus remedijs occurremus, antequam caussa reliquis Patribus in auditorio confertur, seu (vt aiunt) in relationibus ponatur.

Verū \* si non de probationibus meritisue caussæ, sed de processu, ac ordine iudicij dubitamus, aut talis est defectus, qui per terminorum reiterationem sanari potest, & tunc de eo nō curramus, quia in ipsa petitione sententiæ petimus quoque ad terminorum reiterationem admitti in vim, vel innocentiaræ bullæ, vel specialis commissionis, & vtraque via sanatur omnis mala ter.

la terminorum obseruatio. Cassa, deci. 10. de scri. aut processus in alia deficit, vel si etiam in ipsa terminorū obseruatione peccet, taliterum, vt simplex reiteratio satis futura non sed defectus viterius procedendo suppleri possit supplemus, si autem lolet Signatura dare commisionem sanatorium, processus nulli, vppos, si parte absente, & minus legitimè citata processum fuisset, & Signatura rescribit pro sanacione processus, vt præmittitur facti cum clausula tamen parte legitimè citata, quæ clausula importat, vt ex illo processu non possit aliter iudicari nisi pars legitimè citetur, idq; \* ea ratione, quod citationis defectus etiam per refectionem expensarum insanabilis reputetur rex. in clem. pastoralis, vers. cæterū, de re iudi. Staph. car. 14, ver. postremo, nisi forte citatio non fuisset int. cum omessa, sed citatus fuisset aduersarius, defectus tamen esset circa illius exequitionem, vt quia minus legitimè exequuta fuisset. Paretem hoc calu Signatura commisionem sanatorium, sed cum alia clausula, dum tamen sic citatio nulliter exequitur ad citati notitiam peruenient, cui clausulæ satisfactum erit, quoquo modo probetur hæc notitia, dum tamē plena & certa, text. in clem. caussam in fin. de electio. Roma. consil. 360. Rota decis. 271. in not. si de speciali mandato, de dolo & contu.

7 Quod \* si non reiteratione terminorum, neque processus sanatione, sed eius extensione potius indigeamus, vppute, si diu tecum egissem, & processu iam facto, (& quidem validè) ius nūm mihi superueniret, vellemq; ex eo obtinere. Tunc cautus caussæ patronus commissio-

nem impetrabit, qua Signatura rescribere solet,  
 vt ex eisdem actis & processu super hoc nouo  
 iure iustitiam faciat, Staphi. car. 148. à ergo, im-  
 mò, quia in caussa beneficiali censentur litiga-  
 tores à principio deducere omne ius, quod com-  
 petit, vel competere potest, capitu. statuimus,  
 de electio. in 6. ista ratione seruat Palatiū, quòd  
 in beneficialibus super hoc nouo iure quando-  
 cunque etiam post conclusionem in caussa, dum  
 tamen ante sententiam superueniente absque  
 aliqua terminorum, vel prioris processus reite-  
 ratione, vel extensione, si per hanc nouam gra-  
 tiam de bono iure meo, constareret, iudicari pos-  
 set, Aegid. conclusio. 162. si ex gratia. Quo tamen  
 casu, si altera pars dilationem ad partes peteret,  
 daretur, vt possit venire instructus ad propo-  
 nendam exceptiones, & defensiones suas respe-  
 ctu istius noui iuris argumen. text. in dicto cap.  
 statuimus, in fin. &c. vt circa de electio. in 6. in  
 cap. pastoralis, responso de exceptio. Aegi. dict.  
 conclus. 662. Et ubi sanatoria processus petere-  
 tur, si modò caussa beneficialis sit, dari solet,  
 quondamq; ante sententiam absq; aliqua ex-  
 pensarum refectione, secùs, si prophana sit cau-  
 sa, in quibus similes commissiones sanatoria  
 dari non solent, nisi cum clausula refectionis ex-  
 pensis, cui solent cauti Procuratores addere  
 hæc verba, si quæ de iure reficiendæ veniant, &  
 hoc nisi forte impetrans posset narrare pauper-  
 tam, quo casu loco præscriptæ clausulæ dari  
 solet alia reseruatis expensis in fine litis, cui ni-  
 hilominus consueui semper eadem addere ver-  
 ba, si quæ de iure reficiendæ veniant, ne si ora-  
 tor ex aliquo legi capite posset lead expensa-

sum

rum refectione tueri, id sibi propter prescri-  
tas preces minus liceret. Staphil. car. 147. & le-  
quenti, quæ expensæ quando reficiendæ veniæ-  
& quid, quantum, & quando hæc reiterationis  
sanatoriæ, ac extensiæ commissionis remota  
operentur suprà titulo de reiteratione termi-  
num, ut pote, suo in loco fusiſ loquuntur.

Reuiso ac iuxta eius exigentiam restaurato  
iam processu is, qui actoris partes agit, videbit,  
quod sibi velit, & qualiter possit id ex actis ob-  
tinere, ac de omnibus breui sua informatio-  
na de ipso facto tantum iudicem instruere cura-  
bit, ex diuerso altera pars studebit, quo pacto  
actoris aduersarij intentionem refellere posse,  
& exactè simili informatione facti de omnibus  
iudicem admonebit ambo in scriptis, & vbi al-  
ter ex litigatoribus rem differret, soleris, qui  
pro expeditione instat negligenti per cursum  
intimare, qualiter Auditor habet regestum in  
manibus animo expediendi cauſam, ut sic in-  
terpellatus, vel veniat, vel auditor visa eius neg-  
ligentia cauſam etiam eo non alijs auditio ex-  
pediat, qui vbi sibi videtur cauſæ tuz operam  
dare, acta omnia videt, informationes sibi a pa-  
tibus datas legit, partes iterum atque iterum  
audit, raro tamet in contradictorio, sed unam  
seorsum ab altera. Et re ad saturitatem intel-  
lecta, historiam facti ipsius cauſæ vniuersam,  
ac difficultates, quas ipse sentit reliquis parti-  
bus in auditorio fideliter cōfert, vel saltim con-  
ferre debet, & cauſa sic in auditorio relata. Pa-  
tres quandoque difficultates, ut pote non proba-  
biles non admittunt, cauſamque pro altera par-  
te expediendam notant, quandoq; etiam de eis,

E 144

dem, vel potius de alijs ipsi dubitant, & Auditorem causæ ponentem instruunt de his, in quibus dubitant, & pro quorum dissolutione debet dubia litigatoribus dare, & aduocatos admittere. Quandoquidem non consueuerunt antiqui Patres dubia litigatoribus dare, nisi vniuersa caussæ historia in auditorio relata, & nisi ea, in quibus Patres dubitarent, sicque raro vel nunquam, nisi de his, in quibus sapientes dubitarent, non disputabatur, & causæ melius intellectæ citius & sanctius expediebantur. Nostris vero temporibus raro vel nunquam vniuersa totius caussæ historia in auditorio simul, & semel recensetur, sed sigillatim, quantum ad cuiusque dubij, de quo disputetur, dissolutionem pertinet, nec disputamus ea, in quibus Auditorium, sed in quibus vel auditor ipse, vel quandoque etiam in quibus indocti & importuni caussarum patroni dubitant, quorum importunitati Patres ex eorum benignitate nonnunquam defertur, licet quandoque protestetur, quod si in hoc eis morem gerant, caponorum impensa ferrent. Est enim caponorum impensa certa pœna, quam auditorium ei auditori, qui non probabile dubium partibus dedisset, disputandum non exigit, sed iocose potius comminatur, quas si hoc fuerit inter patres, alias semel vel pluries seruatum.

Generaliter \* vero dubia litigatoribus dari solent, ad effectum, ut aduocatos consulant, & allegationes suas tam iuris, quam facti deducant, semper cum comperenti dilatione, ut possint aduocatos consulere, & interim etiam Auditores ipsi allegationes videre valeant, & semper dari

dari consueuerunt illa met die, qua fuit audita,  
vt potè, die Veneris, pro proxima die Lunc,  
& die Lunæ pro proxima die Veneris, & quando  
dantur nobis dubia die Veneris, solemus infor-  
mationes Auditoribus dare sequenti die Saba-  
ti, & quando dubia dantur die Lunæ, infor-  
mationes Auditoribus dantur die Mercurij semper  
in scriptis, vna scilicet facti, quæ à Procuratore,  
altera iuris, quæ aduocato dictitatur, & non lo-  
lum dantur auditori ipsius causæ, sed omnibus  
estque hic informandi modus admodum lin-  
goribus utilis, & iam auditoribus, quæm cau-  
rum aduocatis & patronis longè minus labo-  
riosus, quæm esset alter informandi in voce

proximè antiquatus, quo torquebantur omnes  
continua poena cū graui temporis dispendio. Tu-  
gigitur, vbi auditor acta viderit, studebis à re  
ipso difficultates causæ reassumere, vt raro, vel  
nunquam dubium habeas dissoluendum, quod  
prius non fueris premeditatus, & pro cuius dis-  
solutione non fueris benè instructus, vt vbi du-  
bium habueris, possis pro temporis angustia fa-  
cti informationem adeò tempestivè dictare,  
vt illam eadem die possis ad aduocatum (cuius  
opera vteris) transmittere, vtque ipse de facto  
benè instruētus melius valeat de iure responde-  
re. Quandoquidem non ignoras ex facto ius-  
riri, l. si ex plagis, §. in cliuo, ff. ad l. Aquil. min-  
imamque facti mutationem maximam esse iuri-  
l. si is, ff. de excu. tut. cū simi. In quibus infor-  
mationib. dictandis, tametsi meri facti sint, pluri-  
mum iuuaberis, si legum suppellectilem habu-  
ris, satis enim non est facti historiam recensere,  
sed duntaxat recensenda sunt ea, quæ ad dubi-  
tationem,

tationem, de qua disputatur, attinet, & quæ pro victoria expediunt, quæ sine legibus feligere haud facile poteris. Immò solent procuratores, qui leges callēt suis informationibus, si factum pro victoria dubij necessarium deducere, ut ex eius narratione iuris conclusiones claræ resulant, tantumque absit, ut auctoritate legis, vel Doctorum comprobentur, quia in re non potest certa dari regula, nisi, quod in ipsa facti cōsideratione secum etiā studeas studio quodam non resolutio, quod ad aduocatum pertinet, sed aperitio duntaxat, quantum tibi operanti viam monstrat, ad victoriam. Quod si non studieris, vel studendo non intelliges, plerunque faxum, vel sacrum offendes.

Relata in auditorio caussa, ac propositis du-  
bjs vnuſquisque votum suum pro decisione du-  
bij profert, præterquam Auditor, qui cauſsam  
audit & proponit, qui merus est relator, in rela-  
tore tamen res valde residet. Is postmodum vo-  
ta patrum recipit, & illis acceptis iuxta pluriū  
vota ad petitionem alterius, & quandoque et-  
iam veriusque partis sententiam promulgare  
solet, ad quem actum consuevit similis citatio  
fieri. Citetur N. &c. ad videndum reiterari om-  
nes terminos substantiales vnicis contextu & au-  
dientia in vim Innocentianæ bullæ, si eius vigo-  
re duntaxat velit pars instans terminorum ob-  
seruationem (semper minus recte factam) san-  
are. Quod si vigore specialis quoque commissio-  
nis aſuper præsentatæ addere solemus citatio-  
ni, ad dicendum contra commissionem vlti-  
mò præsentatam & videndum reiterati omnes  
terminos substantiales vnicis contextu & au-

Gg

dientia

dientia iuxta eius formam. Quibus malam  
minorum obseruationem sanamus, prout sup  
diximus. Et ne quandoque probationes nostra  
satis plenæ non essent, cum \* de iure mihi pl  
nè probanti iuramentum, quod suppletorium  
vocamus, regulariter deferri potest, & vi  
probationis habeat Ludoui. & Alex. in l. 3. §. dico. de  
de iureiu. Sali. in l. in bonæ fidei, col. antep. si. de  
rebus. cred. Bart. & alij communiter Ias. præter  
tim in l. admonendi, ff. de iureiu. Solemus ac in  
eadem citatione partem citare, & ad videndum  
deferri iuramentum in supplementum semipl  
næ probationis. Amplius h. ne si is, \* qui pro  
tentia instat, aliqua excommunicatione inno  
tus esset, cum de iure non possit pro eo salim  
adiudicatoria ferri, Rota decisio. 194. in not.  
pro rei excommunicatio de re iudi, tunc e  
adem citationi addi solet, & ad videndum in  
frascriptum instantem ab omnibus censuris, si  
quibus in nodatus foret, ad effectum validitatis  
sententiae absolui. Item i. cum de iure conclusio  
debeat præcedere sententiam. Dicimus quoque  
eadem citatione, ad concludendum & audiend  
um sententiam, omnia ad certam diem, qua ad  
ueniente is, qui instat data relatione cursoris, &  
incusata aduersarij contumacia, petit, & obli  
net se ad reiterationem terminorum admitti, &  
prævia absolutione à censuris, quā sibi Auditor  
signo crucis manu facto concedere solet. Defor  
sibi iudex iuramentum in supplementū conclu  
dit, & sententiam profert, ferè \* semper nostris  
modis à certis annis admodum inualuit, nec la  
tis placet, in causa enim est, ut plerumq; iudicet

renon sat intellecta, ne dixerim digesta, in causis pronunciari non abstineant, sub spe nihilo minus ante subscriptionē maturius considerandi, vel si denique ferendus est, ut pote aliquando vel utilitas, vel necessitas hoc suadeat, nō tamen passim seruandus, vel saltim arctandus esset, ut similes cedulæ infra decem dies ad appellādum aperiendæ omnino essent, ne diu litigatores in suspenso detinerentur, ne iudicibus mali occasio daretur.

Lata denique sententia, prout in cedula pars, quæ obtinuit cedulam sententiæ formare prope rat, ac iudicē adit, cui cedulam ipsam, ac etiam secum euāgelia pro bona nunciatione porrigit, quæ Doctores sportulas, nos verò vulgo propinas vocamus, qua in re nulla est quantitati lex indicta, sed litigatores discreti consulto etiam patrono cauſſæ, qui naturam cauſſæ nouit, qui que labores auditoris percūctatus fuit pro qualitate cauſſæ, ac pro modo laboris eorum arbitrio, in hoc se reddunt liberales, & licet \* honestè ab ipsis met auditoribus accipi possint, saltem k dispensante antiqua consuetudine, quam Doctores attestantur valere, si modò immoderata non existat. Cardina. in clemen. statutum 1. oppo. de electio. & quæſtio. 7. Gemi. in cap. sta tutum, de reſcript. libro ſexto, maximè nostris temporibus, quibus auditoribus multiplicarūt impensæ, & prouentus decreuerunt, veruntamen ut honestius agant, quām lex ipſa permittat, ſolent aliquem ex familiaribus ſuis cedulam receptorem & ſimilium ſportularum depofitarium deputare, qui omnia ſic custodit, donec res expedita cedulaque ſubscripta fuerit,

Gg 2

quam

12  
k

quam auditor prius reuiris etiam s̄p̄ius astis-  
git, atque iterum legit, & quandoque etiam lit-  
gatori aduersario legēdi facultatem facit, eum  
que etiam in modo subscribendi audit, & pro  
suo arbitrio mutat, delet, addit, corrigit, & an-  
denique s̄p̄ius reuism, atque mature coad-  
ratam manu propria subscribit sub hac formu-  
la: ITA PRONVNCIAVI N. ROTAE  
AVDITOR, & subscriptam notario situari  
in actis custodiendam tradit, cuius tergori lo-  
jet notarius diem non qua tradita, sed qua pro-  
lata fuit, adnotare. Formulas vero similium ce-  
dularum plures legere licebit apud vulgatum  
Formularium procuratorum, seu Aduocati-  
rum Ro. Cu. continet, tamen semper plures pa-  
tes, prout natura caussæ & petitionis qualitas  
exposcit, cui \* oportet illam esse conformem,  
quoad rem, quoad caussam, quò denique ad-  
ctionem, l. vt fundus, ff. com. diuidun. l. f. C. de  
fidei c. liberta. Lansfr. in c. quoniam contra versi-  
sententia & versic. vltius sciendum de proba-  
tio. Ias. post alios in §. curare instit. de actio. vt  
pote, si pro actore canonizationem tituli vicit  
obtinet, ad iudicationem super re, de qua agi-  
tur, inductionem in possessionem eiusdem rei  
aduersarij, verbalem tamen damnationem op-  
positionis aduersæ, perpetui silentij impositio-  
nem fructuum & expensarum & condemna-  
tionem. Quid si pro reo subscribenda sit sententia,  
aut mera absolutoria, & has partes continet  
sententia, videlicet absolutionem ab impedi-  
tione aduersarij, damnationem eiusdem im-  
positionis, ac molestiæ reo illa:æ, perpetui silentij  
impositionem, ac expensarum condemnationem

Aut non mera absolutoria fatura est absensia, sed etiam canonizatoria tituli, & adjudicatoria rei, de qua agitur, proxime prescriptæ formulæ addi solent hæ duæ adjudicationis, ac canonizationis partes, & sic de singulis sententijs eorum, formulæ semper petitioni conformes, quas omnes hic recensere ociosum esset.

Cæterum, cum plerunque eueniat, ut tempore sententiae pendeat aliqua dilatio, partibus vel alteri tantum concessa, quæ si remaneret, faceret sententiam nullam, utpote, latam pendente dilatione, tuxit facit iudicis officium conquiescere, i. siue pars, C. de dilatio, &c. significante de appell. & tradunt Doctores virrobiq; m Non nunquam \* etiam contingit, quod tempore sententiae aliqua necessaria iudicis interloquutio, utpote, de præfixione termini, aliaue simili re in favorem eius, cui danda est, definitiva præcesserit, & nihilominus postmodum ad importunitatem aduersarij ab eodem iudice reuocata fuisset per solitas repositiones, quibus quotidie solent iudices Ro. Cu. suas interloquutorias reuocare, & partem appellantem ad pristinum statutum reponere, de quibus meminit Rota decisio- ne 445. in antiq. Nota, si auditor de admiss. arti, & interloq. Q. & repositiones si remanerent intactæ, careret processus præcedenti interloquutoria. Quæ fortè ad sententiae validitatem, vel instantiæ necessaria erat, ideo, ut prædictis omnibus occurratur, ex quo dilationes ac repositio- nes prædictæ iudicis sunt interloquutiones, quas iudex ad libitum reuocare potest, Doctor. in 1. quod iussit, ff. de re iudica. Mos\* iudiciorum inolevit in Roman. Cur. ut in ipsa prolatione sen-

Gg 3 tentiae.

1

15

m

16

17

rentiæ iudex possit ad remouendum omnia, i  
quæ, vt suprà diximus, obstacula extarent ad  
partis sententiam petentis, reuocationem om-  
nium dilationum & repositionum (si quæ ci-  
tant) prætermittere. Estque hæc abundans cu-  
cæla, qua utimur, ne is, qui sententiam obtine-  
aliquem ex his, quæ suprà diximus scopolis ol-  
fendat: & memini hanc difficultatem semel in  
facto habuisse in una causa Vercelleniæ Sanctæ  
Mariæ Marthæ, coram Reuerendo patre Domi-  
no Fabio Acorambono, qui in causa difficultiæ  
pronunciauerat, pendente dilatione ad dicen-  
dum contra quædam iura pro parte Bartholo-  
mæi de Alba clientis mei, qui sententiam obli-  
nuerat, producta, & in subscriptione aduersa  
pars de hac difficultate Auditorem admonuit:  
& ego difficultatem summovi ex capite istius  
reuocationis, quæ adeò vsu recepta fuit, vr-  
leat à notarijs absque alia partis expressa peti-  
tione, veluti solita clausula extendi, quas\* No-  
tarius potest de iure, etiam quod à partibus no-  
exprimeretur, per seipsum pro libito extende-  
re, Bartol. in l. si pignore, §. fin. ff. de pigno. astio.  
Et licet præscripto casu mihi replicaretur, quod  
per reuocationem dictæ dilationis ad dicendum  
contra iura prædicta, illa remanerent sine ci-  
tatione ad dicendum contraria, & consequenter li-  
ne probatione, Felin. post alios in capit. 1. co-  
lumn. 9. numero 31. versicu. quarto quaro extra  
de testibus, nihilominus non curauit, ex quoil  
la iura fuerant ex abundanti producta, & no-  
erant aliæ ad victoriam & iustitiam, neque ad  
validatem sententiaæ necessaria.

ANNO

## ANNOTATIONES.

Regestum.) Sic & Budaeo placuit, Regestum, \* non ut vulgo dicitur, registrum appellari, ut ex eo videre licet in annotationibus in Pandectas super lib. abesse, ff. de minor. quia res gestas continet. Et literas publicas loco registri ducere possumus. Nam referre aliquid in literas publicas est, quod barbari in registrare vocant. Nicolaus Antonius Grauatus.

Horum procuratores.) Adde Mil. in reper. in ver. procurator, & procurator constitutus ad caussam, hoc idem dicentem, verum & auctorum editio, iudice mandante, & non aliter a notario facienda est, ut Bald. notat in lib. is apud quem colum. prima, versic. iubebit, ubi Pan Castren. & alij, c. de eden. Nico. Ant. Grauatus.

Cum clausula.) Preceptum exequitium \* cum clausula tamen si senserit se grauatum, & c. dicitur sententia in exequitoria & valet, verum comparente citato, in vim simplicis citationis resolviur, ut plenissime per Alex. & Ias. in l. de pupillo, & meminisse, ff. de no. ope. nuncia. & per eundem Ias. in l. ne quiequam, & ubi decretum ff. de offi. procons. ubi nume. 5. & 6. hanc opinionem receptionem esse. Citato autem non comparente, preceptum in eius conu- Com. op. macia firmum remanet, transisque in iudicatum, exequitione demandatur. affil. deciso. 167. numero quarto,

¶ Doctores in dict. l. de pupillo. & meminisse. ubi Ripanus. numero 24. versic. exat igitur, hanc esse communius opinionem affimat. Et potest citatus, non obstante tali precepto in eius possessionem persecutare. Dec. cons. 460. v. 1. col. 2. 3 & 4. Bellou cons. 18. perpenf. num. 24. Paris. cons. 39. non possunt, colum. 2 libro primo, Rota decis. 259. si rector in fin. & Capic. decis. 72. Nic. Ant. Grauatus.

At ubi.) Exemplum auctorum \* de iure, & non exemplar, seu originale (ut appellant) partibus edicendum est, c. quoniam contra, vers. & omnia, de probat. Spec. i. t. de teste & publicatis in princ. Imol. Abb. & Felin, in c. cum bona, in i. not. de proba. quod quidem non solum in ipsis partib. locu ha-

bet, sed in iudice appellationis etiam ad quem auctorita-  
ta tamen transmitti debent, non autem exemplarism:  
23 quinimo + nec iudex, ad quem iubere potest, ut fibex-  
plar transmittatur, ut Accurs. Bar. & Salic. volunt  
eos, § super his, C. de appell. & idem Salic in l. viii. fol.  
de, relat. Nicol. Anto. Grauat.

**e** Patres. ) Reclite hoc ex patrum benignitate seruatis  
eum de iure contrarium caueatur, cap. fraternitatis, &  
pastoralis, & virobiique Doctores de causis posses. & prop.  
& tradit. Affiliat. decis. 272. in princ. Nico Anto. Grauat.

**f** Imò magis. ) Iudicis \* certè i. t. r. alii, illud est ma-  
nus, ut omnibus in causis diligentiam, studium, aqua-  
ram adhibeat, vix enim verius aliter elucescere posse  
iudices, C. de iudic. cap. iudicantem, 30. q. 5. c. super quelli-  
num, §. intentionis, de offi. deleg. & facili. t. ex. in. it. an-  
min. vel epis. Verum si que iudex facere debet, scire qui.  
Foller. legas in prin. sua prax. iiii. Studeat se ornare bene-  
uendi moribus, vbi per totum accuratè multa scribi. Sed  
proh Deum immortalem, in auro acquirendisque digni-  
hodie ut plurimum iudices studeant, qua iuste Cicero in  
act. iudiciorum religionem veritatemque solent perfringe-  
re. Et quanum Reipub. isti sycophante perniciofissimi sunt  
ex Demosth. in Orat. contra Aristocr. perdiscere licet, sic di-  
cente: Si quis vos interroget, quod nam genus omnium ho-  
minum, qui in ciuitate sunt, improbissimum sit, neque sunt  
agricolæ, neque mercatores, neque argentarij, neque eius-  
modi quisque, sed qui quæstus dicunt. Nicolaus Antonius  
Grauatus.

**g** Tu igitur. ) Conf. rt ad hoc Ciceronis illud de Orat.  
re: Et si viile est jubilo sèpè dicere, cum illud virilius, sim-  
plicius ad cogitandum, paratus atque accuratus datur.  
Hinc Demosthenes nunquam dicere ex tempore soluere  
rat. Qui sèpè, ut dicere a populo lacebus, noluit, nisi pri  
cogitasset. Teste Domitio Brusonio. Et ob id maligne ri-  
thea dicente, Demosthenes enthymemata lucernam datur.  
Respondit Demosthenes, Sed non eadem mihi, & ubi lucer-  
na constat. Nicol. Anto. Grauat.

Amplius.)

Amplius. Iure optimo procedit, quod auctor ait, cum h  
 à\* sacris interdictis, quem excommunicatum sacri canones  
 appellant, in iudicio agere non valet, licet se defendere uti-  
 que posse, cap. i. t. l. leximus, ubi Beitr. & alij de iudic. & c.  
 l. eccl. titu. in C. & Afflict. decis. 268. num. 3. ubi nec attic-  
 nem, l. diffamari, C. de inge. & manum. expr. sint posse testas-  
 tur, quod Decet. etiam voluit. diff. cap. intellectus, num. 14.  
 & usque adeò agendt via ei precluditur, ut si \* cum pro-  
 rato excommunicato iudicium ventiletur, illud nullum sit  
 & inutilidum, quod quidem locum si i. vendicat tam si pro-  
 actore, quam reo procurator interueniat, ut per Abh. & Fe-  
 lin. in cap. post cessionem de proba. & in c. significauerunt ce-  
 except. Intellige sanè ut per eos, modò si mandat item pore  
 excommunicatione innod. tuis fuerit. sc. ius vero, si postea, &  
 aduersarii de ea non opponeret, quia tunc iudicium non va-  
 leret. Qra de re Vant. legas in tr. Et de null sent. in titu. quis  
 poss. aice. de null. nume. 136. & iterum tit. x def. inhab. si \*  
 mand. num. 136. & Franc. Marc. decis. Delph. 969. ubi, quam-  
 do excommunicati gesta iuribus subsistunt, differit, & Dec.  
 in c. diletti. colam. 1. de exc. pt. atque Tiraquell. de vtraque  
 retral. 6. in glo. 4. num. 276. cum se qu. ubi multa cumulat,  
 & vnde \* etiam excommunicatio ortum habuit. Hoc tamen  
 limita non procedere in \* causa attent. torum, nam aduersarii  
 agentem, ut attentata reuocentur, excommunicationis exci-  
 pio opponi non potest, ut præclarè Decius scribit consi. 200.  
 colum. vlt. versi. secundo. Cæterum, quod si præ diximus ex-  
 communicatum \* ad se defendendum comparere posse, causè  
 intelligas, non procedere in loco insigni, in quo per procratō-  
 rem comparere tenetur, ut Felin. ait in dict. cap. intellectus  
 qui de communi opinione testatur, ubi in super prodidit  
 frequentem interpretum sententiam esse, excommunicatum  
 de nullitate sententiæ opponere haudquam posse, vide  
 eò loci, nam pulchrè Felin. loquitur. Et nedum excommuni-  
 catus (ut diximus procurator esse non potest, sed nec aduo-

25

26

27

28

29

Com. op. 4

Com. op. catus, c. decernimus, de sent. excom. in 6. Nec etiam adiun-  
c. veritatis, vbi Abb. de dolo & con. & Gigas in tract. Pen-  
si. questio. 14. qui plura in excommunicatos. Sed vberiuit.  
Lignanus in tract. de censura eccl. num. 26. & 27. P. in  
c. cum inter, & in c. ultim. numero 2. de except. Casua  
consuet. Burg. titu. des iustices. rubric. 1. f. 6. nume. 15. in  
Syl. in tract. de benef. in 3. par. quest. 4. Gomes. in c. 1. num.  
16. de rescript. in 6. Sed hac in re si tibi satis suffitum videt.  
Soc. consul as in reg. 132. & Felin. in dict. capit. int. lexim.  
qui à nume. 7. ad finem usque, regulam cum 14. limita se-  
nectit, quas ante Domin. cumulauit in dict. cap. 1. de rescript.  
in 6. & nouissimè Rebuff. præ cæteris de huiusmodi numi-  
nus acutè, quam copiosè multa scriptis in Gloss. concord. tra-  
bric. de excomm. pagina 383. colum. 2. cum pluribus sequen-  
tib; enim hanc ad regulam 61. pœnas, quibus abstinentia  
excommunicatus inmodatim, enumerat, ipsum ergo petat. Ni-  
colaus Anto. Grauatus.

i Item cum. ) Conclusio \* in causa non est de iudicij sa-  
30 stantia, vnde si omitteretur, non ob id tamen iudicium infi-  
cax redderetur. Felin. in c. cum I. & A. de re iudic. & Me-  
ran. in praxi, in 6. part. in 15. actu, nume. 9. quod sunt in for-  
Cæsar is procedere intelligendum erit, & in in foro ecclis-  
stico in beneficialibus tantum causis, & summarij secundu-  
rò in prophanicis & ordinariis, per Glo. approbatam in clm.  
Sepè, in ver. conclusione, de verb. signif. Qua de re Felin. ple-  
nè loquacem videat in cap. cùm dicit, col. 6. ver. quia  
scias, de fide instrum. Capic. decis. 1. colum. 9. Aegid. condit.  
55. & 57. V. aut. de null. sent. ex def. proc. num. 45. Nicolum  
Anto. Grauatus.

¶ Saltim dispensante. ) Iudices \* (qui tamen veri-  
dice sunt) proprijs s. Larijs, que eis principes, aut respon-  
siffrant, cōsentienti esse debet, ut nibil amplius etiam cum  
nominis portularum nomine expertent, quod quidem omnino  
quam conscientiæ sit, ex Sacerdotis sententia patet, Lm. 2. 2.

ſe dicentis. Neminem conueniatis, neque columniam faciatis, & contenti eſtote ſtipendijs uestris. & habetur 86. diſt. e. non ſatis, & 23. qu. c. paratus, & cap. militare, tum etiam ex Imperatoris preſcripto, in auth. ut iud. ſine quoquo ſuffiſcriptum exemplar, 2. alijsque iuribus, que Spec. citat, titu. de ſalar. & diſturi, numero 5. & tradit. Afflit. in conſtit. reg. Neap. Capitancorum in 16. no. numer. 26. preſertim in cauſis ſummarijs, in quibus ſportulas exigere, non licet, etiā ſi ſtipendia non haberent, & in cauſis quoque miſerabilium perſonarum, ut voluit Bald. in auth. generaliter, col. 1. C. de epifo. & cler. cui conſentit Ioan. Arn. commentario 30. Et adeo ordinarij iudices ſportulas capere prohibentur, quod ſeis à principe delegata cauſa fuifet, in qua tamen ſine dele-gatione indicare debebant, ut illas licet capere non poſſint, veluti placuit Felino capit. de hoc, colum. 2. de Simo. Ne ex-euſationem iudices habent, ſi eas non petant, ſed partes ſpon-te donent, ut idem Felin. pulchrè voluit in rubric. & in cap. 1. ad fin. eod. titu. & in c. tua nos, de homic. quod ſentire Iaf. videtur in l. 1. nu. 3. ff. de cond. ob cau. & latius Io. Neuiz. in ſuasyl. nupt. in titu. iudic. pro eom. num. 97. ubi etiam in 5. ampl. quod \* nec conſuetudo ſportulas capiendi, iudices ex-euſat. & traditum eſt à Felin. in cap. ad apostolicam, de Si-mo. Qua de re Ang. Clan. vide as in ſum. in ver. iudex, §. 15. virum conſuetudo, Abb. in c. cam ab omni. de vita & honest. cler. & Parpu. in l. edita, nu. 70. C. de eden. Nie. Ant. Graua. Ceterum. ) Huc pertinent, que ſuprā diximus libro 5. 1

cap. 10. ſub lit. B.

Nonnunquam.) Adde Fran. & alios in cap. cum caſſante de appell. & Dec. confi. 84. ubi \* quod iudex ſuam in-terloquitoriam uſque ad ferendae ſententie calculum reuo-care poſteſt, vel addere, aut diminuere, nam & iſi ſententia interloquitoria quoad partes in iudicatum tranſeat, ali-ter tamen eſt, quo ad iſipsum iudicem, prout Præpos. in cap. 1. 2. q. 1. & Iaf. in l. quod iuſſit, nu. 46. ff. de re iud. ſcriptum re, liquere

**Com. opi.** liquere, qui hanc opinionem communibus suffragiis esse  
ceptam testantur, quo a securus esset in diffinitiis. 1. Paulus  
que scrib. omnes, ff. de re iudic. & Al. Xander, cons. aplo.  
3. tamen illam reuocare non potest, cum functus sit episcopu-  
ta Alex. & I. S. limitant in d. l. quod ius sit. Item limita-  
nec locum habere in interloquitoria, in qua si iudic. punc-  
ciat, cum illam nec utique reuocare valeat, ut eo loco ius

**Com. opi.** nu. 9. qui hanc esse communem opinionem asserit, ipsi lim-  
tatur in interloquitoria his confirmata, ut per Alex. aplo.  
99. lib. 5. glo. cui Card. innititur in clem. vlt. verb. super  
de app. & Afr. in add. ad decis. capel. Thol. 181. Item lim-  
tatur, si iudicis turpitudine prolati fuisse, tunc etenim  
dex nec corrigeret, nec aliter pronunciare potest, ad infra-  
tenti e diffinitiis, teste Abb. in c. cum oporteat, numer. 6. a  
accus. & est s. cundum eum communis opinio. Nicolaus  
ton. Grauatus.

**34** **n** Veluti solita.) Notarij \* consuetas classis in iuris  
mentis apponere tenentur, quinimò etiam si penitus et com-  
missa fuerint pro expressis habentur, ut per Doct. ius. com.  
M. Fer. vbi late Dec. numer. 6. de const. & I. f. in. argu-  
rius, nu. 7. ff. de eden. Gram. decis. 62. nume. 19. & 20. Dec.  
decis. 182. colum. vltim. Tiraq. qui plura cumulat in iusta-  
de iure const. in 3. part. vlt. limit. num. 7. cumseq. & pup.  
in l. cunctos populos. num. 101. c. de sum. trinit. & fide Cat.  
Nico. Anto. Grauat.

De sequestra. possessionis & fructuum.

C A P. I I.

S V M M A R I V M.

- 1 Sequestratio & si regulariter prohibita si, in ple-  
risq; tamen castibus permissa est, & nu. 13.
- 2 Sequestrata ecclesia non poterit u. qui possebant  
amplius se inuromittere, etiam in seruicio eccl.  
sia, &